

**Certamen translatorium MMXVI**

**Wettbewerbstext**

*Der Aufbau von Albricus' libellus de deorum imaginibus ist recht merkwürdig. Die ersten zwanzig Kapitel sind den Beschreibungen von Göttern (unter ihren lateinischen Namen) gewidmet. Darauf folgen die Schilderungen der Helden Perseus und Herakles, an letzter Stelle folgt die Göttin Ceres (Demeter). Das weitaus ausführlichste Kapitel, der titulus 22., schildert in zwölf Abschnitten die Heldentaten von Herkules und fügt diesen jeweils eine moralische Deutung bei.*

**DE HERCULE.** Titulus 22. (gekürzt)

Hercules Iovis filius dictus est. Quem in deorum collegio antiqui acceperunt propter eius quasi innumeras probitates.<sup>1</sup> Hercules enim „Herocles“, quod est „virosum gloria fortium“.

Prima eius victoria notabilis fuit, quando in nuptiis Centauros inebriatos, qui dominas invitatas volebant violenter opprimere,<sup>2</sup> clavā mactavit.<sup>3</sup> Centauri enim dicuntur esse semihomines et semiequi. Denotantur homines carnali concupiscentia facti ut bestiae, qui virtute animi superantur.

Secunda victoria Herculis notabilis fuit, quia ipse pugnavit<sup>4</sup> cum leone ipsumque clavā mactasse<sup>4</sup> et interempto<sup>5</sup> pellem abstulisse dicitur. Quo deinde spolio incessit semper indutus in signum victoriae. In quo etiam ostentatur animi fortitudo, contra quam nulla vis corporea praevallet.

Tertia Herculis fortitudo<sup>6</sup> est, de qua sic scribitur: Admetus, Pheraeorum<sup>7</sup> rex, Alcestim<sup>8</sup> habuit coniugem. Dum infirmaretur ad mortem, Apollinem invocavit. Cui sic respondit:<sup>9</sup> nil in hoc ei posse praestare, nisi aliquis de propinquis eius se pro illo morti voluntarie offerret.<sup>10</sup> Quod uxor eius libenti animo fecit et se ipsam interemit.<sup>5</sup> Quod Hercules prospiciens et mulieris tantae fidei compassus<sup>11</sup> ad inferos descendit, et Cerberum sibi ad ostium inferni resistentem vinctum catena ab ostio abstraxit et Alcestim<sup>7</sup> ex inferno reduxit. In quo denotatur, quia<sup>12</sup> ratio et virtus animi omnia vitia terrena devincit.

**Aufgabe: Übersetze in möglichst gutes Deutsch**  
(Wörterbuch erlaubt, 90 Minuten, 190 W)

- 1 probitas, tatis f ~ virtus
- 2 violenter opprimere: *vergewaltigen*
- 3 mactare = necare
- 4 pugnasse, mactasse = pugnavisse, mactavisse
- 5 interimo, interemi, interemptus = necare
- 6 fortitudo, inis f: *Heldentat*
- 7 Pheraei, orum m: *Bewohner der Stadt Pherae (in Thessalien)*
- 8 Alcestim: *Akk. zu Alkestis (gr. Frauennamen)*
- 9 *Subj. zu respondit: Apollo*
- 10 se morti offerre: *den Tod auf sich nehmen*
- 11 compati + *Gen.:* *Mitleid haben mit*
- 12 quia: *dass (Ersatzkonstruktion für den Acc)*



Abbildung aus Conrad Celtis (1459-1508), *Quatuor libri amorum secundum quatuor latera Germanie*, Nürnberg 1502, S. 7a.